

1703.

1310 d. 23 Nov.

Hermanshult.

BRYNOLF BENGTSSONS, samt INGRID och INGEGERD SWANTEPOLKS DÖTTRENS stadfästelse på sin faders gåfva af Kaga gård till Wreta kloster.

A. 3. t.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BRYNIOLPHUS BENDICTSSON. JN-GRIDIS et INGIGIÆRDIS quondam filie domini Zwantæpolk salutem in domino sempiternam Notum facimus omnibus presentibus et futuris nobis gratum permanere, quod nobilis miles dominus Zwantæpolk felicis memorie curiam suam In caogha ad claustrum Wretæ iure perpetuo contulit possidendam, Cuius rei donacionem litteris nostris ratificamus et sigillis Presentibus uiris fidedignis et discretis videlicet domino kanuto Jonsson legifero osgotorum. Domicello Ernist, Domino laurencio kiættilsson Domino Thorstano kanonico lyncopensi Domino ingone kanonico lyncopensi quorum sigilla presentibus sunt appensa Datum hermanzhult Anno domini M^o. C^oC^oC^o X^o. In crastino cecilie uirginis gloriose.

Sigillen N. 1 och 2 borta, 3—6 mer och mindre skadade, 7 och 8 fullständiga.

1704.

1310 d. 3 Dec.

MAGNUS GREGERSSONS, efter sin son Peter, med enkan Helenas och Prioren i Sigtuna, Israels samtycke, upprättade testamente, hvarmedelst penningar gifvas till Sigtuna och flere kloster, till Upsala domkyrka, samt till några kyrkor och Prester, hvarjemte, för utgörandet af de dertill bestämda beloppen, hans gård Dalby i Södermanland sättes i pant.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras Insuperis. MAGNUS GREGORISSON. salutem in domino sempiternam. Constare volo tenore presencium euidenter, Quod pro anima petri filii mei. de consensu domine Elene relicte sue, et de consilio Religiosi viri fratris jsraelis Prioris sictuniensis. Awunculi dicti petri. confero, deputo, et assigno Conuentui sictuniensi Centum Marchas denar. vsualis monete nunc currentis. tam racione testamenti. quam racione delicti in dictum conuentum soluendas infra annum et diem. a tempore date presentis computandum. pro quorum solucione obligeo quantum opus est de bonis mobilibus dicti petri, de consensu predictæ domine elene, et fratris jsraelis prememoratorum Item ad frabricam (!) ecclesie vpsalensis .V. Marchas denar. fratribus Minoribus vpsalie. tres Marchas denar. jtem fratribus predicatoribus. in vestraarus .II. Marchas, fratribus predicatoribus in strengnes .II. Marchas denar. jtem fratribus Minoribus Enicopie .III. Marchas denar. et vnam hospitali ibidem. Item sororibus monasterii sancte clare apud stocholm .III. Marchas denar. fratribus Minoribus ibidem .II. Marchas denar. Item ecclesie et presbitero In fittium vnam. Marcham denar. equaliter jnter

se diuidendam, Jtem presbitero in Aspu duas. Marchas denar. Ecclesie ibidem. vnam Marcham denar. Pro soluendis autem predictis legatis aliis, a fratribus sictuniensibus et quibuslibet aliis debitis restitutionibus, et ad satisfaciendum lexis, siqui apparuerint, deuto et obligo curiam dalby in sudhermannia dicti petri, et de aliis bonis suis quantum fuerit opus. Acta sunt hec et puplicata in sepultura dicti petri. Anno domini. M^o. CCC^o. decimo. feria quinta. proxima post festum beati andree, Testes autem qui huic ordinacioni presentes fuerunt. sunt hii. Dominus Petrus Ragwaldson, karolus tukason. abraham thorstenson, benedictus sighurdhason, Olauus de languthoru, Laurencius Cornhest Narwo, siggo braxator. jngiwaldus de lundastum, et alii quam plurimi fidedigni. Actum et puplicatum in sepultura sua Anno et die supradictis. In Cuius Rei testimonium sigillum meum propriam presentibus est appensum. et quia Ego Elena sigillum proprium non habeo, sigillum Religiosi viri fratris jsraelis prioris sictunensis presentibus meo nomine apponi peto.

Sigillen något skadade.

1705.

1310 d. 28 Dec.

Hessleby.

PETER JONSSONS och hans hustru Sestrids, m. fl. medarfvingars medgifvande, att deras slägtinge, Biskopen i Linköping Carl, egde att, utan deras klander, efter behag anordna om sina fädernes och mödernes fastigheter i Hwem och Linderyds socknar, sedan han åt dem afstått resten af sina gods.

A. 7. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, PETRUS JOON SON, et vxor sua SESTRIDIS, NICHOLAUS et uxor sua GYRIDIS, MARGARETA et filius suus BENEDICTUS, Et CRISTINA Relicta haquinj birghæ son, Salutem in domino sempiternam, Quia uenerabilis pater, et dominus noster, Dominus karolus dei gracia Episcopus Lincopensis, speciali nos Dileccione prosequens, et pietatis affectu amplectens, omnia bona sua, que ad ipsum ex successione paterna et materna, jure hereditario sunt deuoluta, hiis que in parochiis, hwæm et lynderuth habet. dumtaxat exceptis, nobis et heredibus nostris sue liberalitatis gracia, assignauerat, jure perpetuo possidenda. Nos consensum nostrum, beneuolenciam, et fauorem adhibemus, ut de bonis, que in dictis parrochiis hwæm et lyndæruth, obtinet, pro salute anime sue, ordinare valeat, ad sue libitum voluntatis, adempta nobis et heredibus nostris facultate dicta bona quoquo modo inpediendi, uel Reuocandi seu contra factum nostrum, in hac parte aliquialiter veniendi, Ad Euidenciam igitur premissorum, Sigilla nostra nos qui habemus, vna cum sigillis consanguineorum nostrorum, dominorum thorkilli dyacn, holmuidi elef son,